

eam , ejusque Administros juvare satagas .
Memor quippe es , non CLEMENTIS XI .
dumtaxat , cuius in Nos beneficentiam
nunquam satis pro merito laudabimus ;
verum etiam HANNIBALIS ALBANI , ejus-
dem CLEMENTIS Patrui , qui quum ab
incunabulis literarum studiis apprime-
addictus , eam sibi eruditionem , nobi-
liorumque disciplinarum exactam peri-
tiam comparasset , ut ab Urbano VIII .
Pontifice , literatorum virorum Moece-
nate amantissimo , primus ejusdem Bi-
bliothecae renunciatus fuerit Custos ; eo
fungens munere , Oecumenica Catho-
licæ Ecclesiæ Concilia impigro studio
& labore illustranda suscepit ; ceptum-
que opus magno Christianæ Reipublicæ
bono complesset , nisi lethali oppressus
morbo mortem obiisset .

Innatus itaque Majoribus Tuis ,
PRINCEPS EMINENTISSIME , & in Te
ab ipsis derivatus erga Bibliothecam
amor , Tua quoque singularis in me be-
nignitas , quem patrocinio ac familiari-
tate